mentem nostram manifestantes declaramus,
quod omnibus his, et presertim noviter in Comitiys
anni 1641. in partem non unitorum Consti-
tutionibus, numquam consensum nostrum
prebuimus, neque prebemus, aut prebere possumus,
quin potius contra omnia in eis contenta, ubi
Constitutiones Apcis contraria, solemniter protestamur
et reclamamus omni meliori modo, via, forma et
stylo, quibus de Jure debemus, et possumus; Quam
manifestationem nostram manu mea subscri-
ptam ad acta Cancellariae Magni Ducatus Lithua-
niae inseri petimus; Datum Varsaviae die 5.
Martij 1642. Antonius Sielawa Archiepiscopus
Metropolita Chioviensis; Nos itaque supplicationi
praedictae ubi iustae, benigne annuentes, praesentes easdem praesentibus
insertas ex Actis Cancellariae nostrae M. D. Lithuaniae
extradi, sigilloque communiri mandavimus.
Datum Varsaviae die 8. mensis Martij 1642.
Regnorum nostrorum Poloniae 11. Sueciae X. anno
Joannes Dowulgialo Zamisza
Secret. S. R. M.
Correxit Mocarski

Relatio Illmi Alberti Stanislai
Radziwil S. R. I. Principis Ducis in
Olika et Niesswiez M. D.
Lithuaniae Cancrij Pinscen
Mancen Sucholien Capi-
tanei, Caunen, Vilonen
Daugouen, Przelacen
Tenutarij